

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXVII. Sit Verbi divini Praeco fidei sinceræ & orthodoxæ, sive veræ doctrinæ
in Prophetiis & Apostolicis scriptis propositæ & in Libris Symbolicis
Ecclesiarum nostrarum repetitæ [...] addictus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

XXVII.

Sit Verbi divini Præco fidei sinceræ & orthodoxæ, sive veræ doctrinæ in Prophetis & Apostolicis scriptis propositæ & in Libris Symbolicis Ecclesiæ nostrarum repetitæ *γνησίως* additus.

ἐξηγήσεις.

In illo, cui cura præconii Verbi Dei in Cathedrâ Ecclesiasticâ commissâ est, vel committi debet, in primis requiritur doctrinæ & confessionis sinceritas. Sive ut tractet Verbum Dei in sinceritate & puritate sine mixtione heterogeniâ & syncreticâ. Primarium enim ac principale Pastoris officium est, puram & incorruptam doctrinam populo fidei suæ commisso proponere, eandemque adversus contradicentes intrepidè tueri. Hinc Paulus Timotheum suum rogat, ut denuntiet quibusdam, *μὴ ἐτεροδιδασκαλεῖν, ne aliter vel aliud doceant* 1. Tim. I. 3. hoc est ne à sinceritate & puritate doctrinæ Evangelii ab Apostolis prædicati recedant sed *ὅσα ἐν πίστει ὑγιαίνοντων λόγων* observent. 2. Tim. I. 13. Oportet juxta Paulinum Canonē, Episcopum esse *ἀντεχόμενον, tenacem fidelis illius sermonis,*

MS

qvi

qui secundum doctrinam est, ut potens sit & exhortari & τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνουσῃ, *in doctrina sana &c.* Tit. I. 9. ἀντέχεσθαι est rem aliquam arctè tenere, fortiter alicui rei adherere, ac velut ungribus ita ei affixum esse, ut ab ea avelli nequeas, interprete Wellero in libro de Offic. Eccles. Polit. & Oecon. Non ergò satis est egregiè nosse veritatem, nisi eam teneas firmiter, eiqve adhæreas constanter. Sunt, qui norunt quidem rectam doctrinam probè, sed fluctuant, titubant, & quovis vento doctrinæ circumferuntur, Eph. IV. 14. Tria ergò his verbis videtur postulare Magnus ille, veritatis præco, & gentium in fide Magister (sic Paulum appellat Nazianzenus Orat. 26.) ab Episcopo 1. ut sit in verâ doctrinâ benè institutus, alios utiqve instituturus. 2. ut firmiter illi adhæreat, nec unquam ab ea discedat, vel eam sibi eripi patiatur, 3. ut omne studium in illâ purè propagandâ collocet. *Fidelem sermonem* appellat doctrinam veram & orthodoxam, erroribus lethalibus & pestiferis, Verbo Dei contrariis, minimè corruptam atqve adulteratam, indubitatam, fide dignam, & fide religiosè suscipiendam, qualis est sermo Evangelii, hunc πῖτον λόγον scribit esse κατὰ τὴν διδασκίαν, *secundum doctrinam*, h. e. ita comparatū, ut homines ad confirmandam fidem, pietatem

alen-

alendam, & recte instituendas vite rationes, quin imò ad vitam eternam hinc utiliter edoceri possint, ut exponit D. Aeg. Hunnius Com. in. h. l. pag. 828. Tom. IV. Oper. Hujus fidelis sermonis (addit Idem) vult Episcopum esse tenacem, ne vel Satana fraude sibi illum patiat ex corde rapi, & opiniones à veritate dissimilatas instillari, vel in hominum gratiam veritatem abjiciat, aut eorundem metu aliquid immutet, aut silentio premat, & coram auditoribus veritatem prodatur ac reticeat, sed constanter illam ex Scriptura S. profiteatur. Διδασκαλίαν ὑγιαίνουσαν seu doctrinam sanam vocat eam, quæ incorrupta est in se & hominem sanum reddere potest in fide & vita. Sit itaque Ecclesiæ Minister in fide Orthodoxus & à fanaticis opinionibus, hæreticisqve erroribus immunis, ne pascua Dominici gregis veneno hæreticæ pravitatis inficiat ad æternum ovicularum Christi sanguine redemptarum exitum & interitum, Constitutio Ecclesiastica Electoralis Saxonica in capitib. de Vocatione & Exam. Ordinandorum inter requisita potissimum ponit, ut vocandus & ordinandus sit in doctrina purus, in der Lehre rein / fol. 88. §. zum Vierten / & fol. 89. §. Erstlich: Sollen sich mit besondern Fleiß und Ernst erkundigen, ob er in der Lehre rein / und nicht

mit

mit falschen Opinionibus oder schädlichen
 Irrthümen in einem oder mehr Artikuln
 vergiftet sey / &c. Explorandum accura-
 re, an teneat Orthodoxam fidem, an se ab-
 stinuerit hactenus à falsorum doctorum su-
 spectâ conversatione. Et præterea obstringi
 debet jure jurando, quod doctrinam, quam
 Sacræ Scripturæ & Libris Symbolicis consen-
 taneam in Examine est professus, firmiter te-
 nere & constanter docere velit usque ad
 mortem. *Debet divinarum Scripturarum tra-*
ctator & doctor esse defensor rectæ fidei & debel-
latur erroris, & bona docere & mala dedocere,
 inquit incomparabilis Ecclesiæ Doctor & in-
 victus propugnator, *Augustinus* lib. IV. de
 Doct. Christ. cap. 4. Hanc ob causam Ve-
 teribus fuit in more positum, ut sedis alicujus,
 præsertim eminentioris Episcopus, recens
 promotus fidei suæ confessionem scriptam,
 mitteret ad alios Episcopos vel Patriarchas
 [in quo se imitari dicebant exemplum A-
 postoli Pauli, de quo Gal. II. 2.] ut sic in
 Ecclesia & fidei sinceritas & Chatholica u-
 nitas conservaretur, quod & à Sophronio,
 Patriarcha Hierosolymitano factum, ut con-
 stat ex literis ejus Synodicis, quas ad Ser-
 gium, Patriarcham Constantinopol scripsit.
 Scriptum illud, fidei confessionem comple-
 ctens, quod à novis Episcopis ad alios Episco-
 pos